



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Summa Trinitate, Et Fide Catholica. Titulus Primus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

# DE SUMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

TITULUS PRIMUS.

CAP. VNIVM.

Fatetur concilium, unicum DEI Filium in essentia DEI eternaliter subsistenteum verum corpus humanum assumisse de Virgine, & in eo passum, & jam mortuum lancea perforatum, approbans in hoc ordinem, quem tradidit Evangelista Ioan. b.d.

Clemens V. in concilio Vienensi.

**E** Idei catholice fundamento, prae-  
quod (teste Apostolo) nemo potest aliud ponere, firmiter inherentes: aperte-  
cunt sancta matre ecclesia confite-  
mur unigenitum Dei Filium, in iis omnibus  
in quibus Deus Pater existit una  
cum patre eternaliter subsistentem:  
partes nostra natura simili unitas (ex quibus in se verus Deus  
existens, fieret verus homo) humanum videlicet corpus  
passibile, & animam intellectivam, seu rationabilem, ipsius  
corpus verè per se & essentialiter informantem, as-  
sumpsisse extempore, in virginali thalamo, ad unitatem  
sue hypostasis & personæ. Et quod in hac assumpta natu-  
ra, ipsum Dei verbum pro omnibus operanda salute, non  
solum affigi cruci, & in ea mori voluit, sed etiam emissio a  
jam spiritu perforari lancea sustinuit latus suum: ut ex-  
inde profundiundis undis aquæ & sanguinis, formare-  
tur unica & immaculata, ac virgo sancta, mater eccle-  
sia, conjux Christi. Sicut de latere primi & homini for-  
porati, Eva sibi in conjugium est formata: ut sic certa figu-  
ra primi & veteris Adæ (qui secundum Apostolum e est  
forma futuri) in nostro novissimo Adam, id est, Christo  
responderet. Hæc est, inquam, veritas illius pra-  
grandis aquila vallaria testimonio, quem Propheta vidit d  
Ezechiel animalibus ceteris Evangelicis transvolantem,  
beati Joannis videlicet, Apostoli, & Evangelista, qui sacra-  
menti hujus rem gessam narrans, & ordinem in Evange-  
lio suo, dixit e: Ad Ielum autem cum venissent, ut vide-  
runt eum jam mortuum, non fregetur ejus crux, sed unus  
militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiit  
sanguis & aqua: & qui vidit, testimonium perhibuit, &  
verum est testimonium ejus: & ille se, qui vera dicit,  
ut & vos creditis. Nos igitur ad tam præclarum testimonium,  
ac sanctorum patrum & doctorum communem  
sententiam Apostolice considerationis (ad quam duntas  
hac declarare pertinet) acim convertentes, sacro ap-  
probante concilio, declaramus prædictum Apostolum &  
Evangelistam Ioannem reclum in præmissis factis rei or-  
dinem tenuisse: narrando, quod Christo jam mortuo, u-  
nus militum lancea latus ejus aperuit.

<sup>a</sup> Vide Guidonem Carmelitanum in summa de hereticis ita,  
de hereticis Petri Ioanni med. & ejus sequacion, cap. 3. <sup>b</sup> Ge-  
nugis, 2. <sup>c</sup> Rom. 3. <sup>d</sup> Ezech. c. 1. <sup>e</sup> Ioan. c. 19.

Reprobat & hereticam judicat doctrinam, que habet, quod sub-  
stantia anima rationalis, seu intellectiva, verè, & per se humanæ  
corporis non sit forma. Ioan. And.

Porrò a doctrinam omnem, seu positionem temere  
afferentem, aut vertentem in dubium, quod substantia  
animæ rationalis, seu intellectiva, verè ac per se humanæ  
corporis non sit forma, velut erroneam, ac veritati ca-  
tholicae inimicam fidei, prædicto facto approbante  
concilio reprobanus: Definientes, ut concilis nota sit fi-  
dei synecœ veritas, ac præcludatur universis erroribus  
aditus, ne subintenter, quod quisquis deinceps afferere  
defendere, seu tenere pertinaciter presumplerit, quod  
anima rationalis, seu intellectiva non sit forma corporis  
humani per se & essentialiter, tanquam hereticus sit  
censendus.

Afferens confundendum unum baptisma, sicut unus Deum &  
unam fidem, approbat opinionem, qua habet per illud conferri et  
iam parvula (quoad habutum) informantem gratiam & virtutes.  
Ioan. And.

Ad hoc & baptismum unicum baptizatos omnes in  
Christo regeneratis est (sicut unus Deus ac fides uni-  
ca) ab omnibus fideliter confundendum. Quod celebra-  
tum in aqua, in nomine Patris, & Fili, & Spiritus Sancti,  
credimus esse tam adulteris, quam parvulis, communi-  
niter perfectum remedium ad salutem. Verum, quia  
quantum ad effectum baptisatum in parvulis, reperiuntur  
tunc doctores quidam theologi opiniones contrarias ha-  
buisse. Quibusdam ex his dicentibus, per virtutem baptis-  
tini parvuli quidem culpam remitti, sed gratiam non  
conferti. Aliis è contra afferentibus, quod & culpa e  
eisdem in baptismo remittitur, & virtutes, ac informant  
gratiam infunduntur, quoad habutum, & si non pro illo  
tempore quoad ultum. Nos autem attendentes gene-  
ralem efficaciam mortis Christi (qui per baptisma ap-  
PLICAT pariter omnibus baptizatis) opinionem secun-  
dam (quæ dicit, tam parvulis, quam adulteris conferri in  
baptismo informantem gratiam & virtutes) tanquam  
probabiliorum, & dictis sanctorum, ac doctorum mo-  
dernorum theologia magis consonam & concordem,  
sacro approbante concilio duximus eligendam.

<sup>a</sup> Vide concilium Lateranense sub Leonie X. Seff. 8. in decreto incipit. Apofa-  
lii regimini. <sup>b</sup> al. hoc. <sup>c</sup> al. ipsi.